

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan [Herborn], 1599

VD16 C 2803

Belgica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70708



BELGICA. BRUXELLIS.



ut na bo. Il-

go Dei ;mul-

ne per

bæltu

fopita

cima-

go lda

imų a

itii fim Vi-

carnis

Mar-

odux

000.

M. D.

L

Nno 1558, excunte Decembri in exequiarum Caroli V. pompa funebri navis supra L. pedes longa Phil. regem Hispaniæ admirabili arte & opere præcessit, cujus sinistræ parti fequentia inscripta legebantur:

Non auri sitis aut fame ambitiosa cupido, Nonsceptripersuasit amor, tot adire labores: Humani sed te generis pia cura coëgit Navibus ignotas investigare per oras, Queis sacra inferres, populos Christog, dicares, Membra salutifera lustrans aspergine lympha.

Fide Indis invecta, Tuneto capto & restituto, captivisq; reductis. Metone Coroneq; vi captis. Germania Bohemiaq; sedatis. Geldria recepta. Alphrodisio deleto.

Ad latus dextrum.

Successius neg, te, Casar, spes certa petiti, Destituit: donec te littore solvit Ibero: Neptuno sternente viam, & Tritonibus udis, Auspiciis venerandatuis, transq, aquora vecta Relligio, tandem auriferis allabitur Indus: Luce nova irradians mer sas caligine mentes.

Mari pacato. Tremisseno restituto. Solymanno profligato. Orbe novo invento.

thi

CO

m

tr

ge

CII

DEPUPPIVEXILLUM MAGNUM DEpendebat, cum hac inscriptiones

Imp. Cæf. Carolo Max. P.F. Augusto, Gal. Indico, Turc. Africo, Sax. victori triumphatoriq; multarum gentium. Tametsi res ab eo terra mariq; gestæ, singularis humanitas, incomparabilis prudentia, ardentiss. religio satis totarum orbi conspicuæ sunt: Resp. tamē Christiana obme moriam justitiæ, pietatis, virtutisque ejus: Victoriam Nevem, quæ mundum circumivit, quem suis ipsevictoris illustravit, P.D.S.B.P.

Præterea quód novum orbem orbi nostro patescente exteris gentibus Christiano nomini additis: multisq; se gnis provinciisq; Hispaniar aucto Imperio.

Quód Solymannum Turcarum imperatorem, cum c c c. m. equitum: c. m. peditum Germaniæ impendentem, ruptis in fuga pontibus, amissis qui tum in suos sines compulerit: Germania servata.

Quód classe Peloponnesum invadens, civitates Turci-

rum Methonem & Coronem vi ceperit.

Quód Barbarossam tyrannum, cum c c. m. peditum, x v I. equitum m. prælio ad Carthaginem superatum; arce Goletana L x. triremibus, multis piraticis navibus, cum nautico bellicos; apparatu, ipsa Tuneto, Hippone novo, Hippone Regio civitatibus captis; regno Tunetano, Imperios; Libyæ spoliaverit: restituto, vectigalis; facto veteri legitimos; rege.

Quód undeviginti Christianorum captivorum milla co bello liberata in patriam reduxerit.

Quod regnum Tremissen, devicta prælio Mauritania Regirestituerit.

Quód Aphrodisium Libyæ nobilissimum emporium, Sussam, Monasterium & Clupeam classe ceperit: maritimasq; Libyæ civirates principesq; vectigales secerit.

Quód duas Turcarum classes, nostrum mare infestantes, duobus præliis, altero ad littus Mauritaniæ, ad Siculum altero, deleverit.

Quod pristinam Reip. Januensium libertatem resti-

Quod

Quod Ducatum Mediolanensem, v 1. exercitibus hostium repulsis, tribusq; magnis præliis devictis, Imperio Rom.bis, Duci semel restituerit.

Quód præclaro rei militaris peritiæ exemplo, primum cunctando, mox longis difficilibus q; itineribus celeriter confectis, Albiq; tramisso, tumultuantis Germaniæ mo-

tus, pacata insuper Bohemia, victor sedaverit.

) E-

, Turc

attum.

mani-

tis tel-

ob me-

m Na-

ctoriis

ecerit:

sq; re-

, cum

enden-

equi-

Turca-

itum,

1; arce

, cum

novo,

, Im-

O VC-

nillia

tania

um,

ariti-

fan-

Sicu-

refti-

Quod contra Christiani nominis hostes sponte, contra Christianos non nisi lacessitus, & injuriam propulsans, arma sumpserit. Fortiss. Catholico Opt. q. Principi: titulos trophæaque, additis tumulo regnor. signis, devictarum que gentium imaginibus; eadem Christiana Resp. majestati ejus devotiss. D.D.

Ad columnas Herculis navim sequentes.

Jure tibi Herculeas sumpsisti signa columnas,

Monstrorum domitor temporis ipse tui.

EPITAPHIUM CAROLI V.
ex Guicciardino.

DEO OPT. MAX. S.

D. Carolo V. Imp. Cæf. Aug. Max. Indico, Turc. Afric. Germ. Hispaniæ, Siciliæ & Indiarum Regi, P. P. Principi potentiss. & invictiss. sacri Imperii liberatori, fundatori quietis, Christianæ Religion.acerrimo propugnatori; justitia, animi magnitudine, prudentia, religione, clementia, patientia, aliisq; insignibus virtutibus longé ornatiss. qui post ingentes ubiq; terrarum partas victorias, & clarissimos de Gallo, Turca, Afris, Italis, Germanis, actos triumphos, tot multis Indiæ provinciis & infulis etiam prileis incognitis, per legatos magno Reipub. Christianæ ornamento inventis, atq; lustratis, deniq; post feliciter administratam, & prudenter constitutam Remp. Philippo filio tot amplissimis Hispan. Regnis, Flandriæ, & aliis provinciis inaugurato, Religione ductus ex Flandria in Hispaniam trajecit: seque in justum Hieronymiani ordinis cœnobium, ædibus illic jusiu ejus constructis, recepit, ubi reliquum vitæ, quod vix biennium fuit, tranquil-



BELGICA.

poi

Au

de

tus

pa

Q

ex

pl

lissimé egit, & sanctissimé obiit x 1. CAL. Octob. M.D. LVIII. Joanna Lusitaniæ Princeps Hispaniarum guber natrix, patri opt. & max. P. Vix. ann. LVIII. mens. VI. den XXVII. Imperavitann. X L. Regnavit ann. XLIII.

TATE TO THE TOTAL THE TOTAL TO THE TOTAL TOT

ANTWERPIANA.

IN ANTWERPIAM JUL. CAS SCALIGER.

OPpida quot spectant oculo metorva sinistro;
Tot nos invidia pallida tela petunt:
Lugdunum omnigenum est: operosa Lutetia: Roma
Ingens: res Venetum vasta: Tolosa potens.
Omnimoda merces, artes prisca ég, nova ég,
Quorum insunt aluis singula, cuncta mihi.

IN AREA ARCIS ANT VVERPIENSIS.

Ferdinando Alvarez á Toledo, Albæ Duci, Philippi II. Hisp. apud Belgas præfect. quód extincta seditione, rebellibus pulsis, religione procurata, justitia culta, provincia pacem firmarit, regis optimi minist. sideliss. positum.

IN MARIÆ.

Henricus Ranzovius, Regis Daniæ in Ducatibus Administrator, Francisco ab Hallen Domino in Drakenburg & Rintelem, ex equestri Brunsvicessium ordine nato, so cero suo, hac in urbe pié defuncto, anno nimirum 1555 die 27. Septemb. marmoreum hoc monumentum constituit: & jam secundum belli tumultibus destructum, in novavit.

IBIDE M.

Cornel. Scrib. Grapheus, præclaræ hujus urbis á sectetis, sibi suis qs, & Hadrianæ Philippiæ dulciss, uxori vivens

D. M. D.

guber

VI. ditt

ES

IS.

pi II. rebel-

inciz

Ad-

burg

0,10-

553

con-

),M-

ens

pos. Ipsa quidem vixitannos L x x I. decessitautem x v II. Aug. M. D. L v I. uno & x L. ann. marita, matrona & prudentiss. & pietatis cultrix eximia. Ille veró caram sequutus conjugem migravit x I x. Decemb. M. D. L v I I I. cúm vixisset ann. L x x v I.

ANTWERPIÆ IN PROPUGNACULIS.

Divæ Mariæ Hung, Reg. Divi Carol. V. Cæsaris sorori, patriæ ex fratris auctoritate tutrici S.P. Q.A. hanc molem ex ejus nomine Marianam nuncupantes, piis votis D.D. Quód sollicito illius hortatu tantæ hæc vastitatis mænia graviss. Reipub. impensis vel quadrimestri spacio, ad mille passum longitudinem in superiorem usque limbum excitata sint, universum é; urbis ambitum hac parte complerent, mense Augusto, M. D. LII.

Constant. Halmalus, eques auratus huic moli primum jecit lapidem, die xVII. Julii M. CCCC. LII.

Jussu CAROLI V. CÆS.

Joannes à Crombach, eques aur. hujus urbis Senator, huic moli indito nomine, Divi Jacobi, primum jecit lapidem anno M.CCCC, LII. die III. Junii.

ANT VVER PIÆ IN TEMPLO D. Andrea.

CHRISTO SUSCITAT. S.

GEORGII VESELERI

Imp. Carolo V. Aug. & Philippo Regi Brabant. Ducibus á moneta primarii; quo munere annos x xv. functus est. Vixit I x x v I I, decessit die decimasexta Octobris,

ANN. S. CIO IO LXX.

MARGARITÆ BOCHEN.

Ejus uxoris, quæ cum marito fuit annos LII. iterato etiam geniali convivio, vixit LXIIII. expiravit die XX. mens. Sept. Anno salutis CIO IO LXIV.

Hæredes mæsti B.M.M.posuer.

IN TEMPLO B. VIRGINIS MARIE.

D. O. M. S.

Christophoro Plantino Turonensi, civi & incole Antvverpiano, architypographo Regio, pietate, prudenta,
acrimonia ingenl, magna constantia ac labore maximo
cujus industria atque opera, infinita opera, vetera, nova,
magno & hujus & suturi seculi bono in lucem prodic
runt; Joanna Riviera conjux & liberi heredesque, illa
opt. viro, hi parenti, mæsti posuerunt. Tu qui transis,
& hæc legis, bonis manibus bene precare. Vixit annos
uxxv. des It hic vivere Kal. Quinctilibus, Anno Christi
eld lo xxcix.

ANNO CHRISTI M. D. LXXIX. HOC SEPULcrum nemini unquam reserandum jure perpetuosibi D. Joannes Engelstede Senator Lubecensis comparandum curavit.

Clariss. & doctiss. viro Domino Joanni Engelstede Lubec. Imperialis civitatis Lubecæ Notario laud. & postes Senatori digniss. inter ardua Reip. negotia, quorum causa Legatus huc venerat, rebus humanis pié exemto, gloriosæ resurrectionis & beatitudinis spe hic quiescenti, marito opt. dilectiss. Gesa Meyers conjunx pia mæstiss. F.F. Vixit annos x L v I t I. Obiit anno D. 1579, die 27. Feb. hora v I I I. vespertina.

Hac inscriptio postea erasa, & monumo tum destructum est, quód ineo sepultus fuisset Lutheranus.

Str B PICTURA BELGIA.

OFFICIUM BONI PRINCIPIS.

Principi bono, sideli in rebus omnibus,
Deus stabilit regnum in perpetuum;
Illi nimirum, qui miserorum querelis aures prabet,
Qui pauperum controversias cum aquitate dijudicat.
Hac est doctrina seniorum, & consilium prudentum.
Si populo huic hodie officium prastas

le Ant-

dentia,

aximo

, 11012,

prodic-

10,112

ransis,

annos

Christi

PUL

le Lu-

polter

n can-

F.F. Feb.

umen

sepul-

lien-

libi

Audiendo clementer, juvando ex arumnis; Subjicient se tibi ad honorem tuum. Ubi est Roboam, qui sapientum consilium contemp sits Premere etiamnum vis duriter subditos? Satin' affecerunt nos virgarum plaga? Quarisne scorpiones ad plagas infligendas acerbiores? An patris tui mandat ü & virga innocentibus lenior fuit? An etiam scorpionem Inquisitionis in Belgiam Meditaris inducere ?tibi contingit quod Roboamo, Qui delectaris bello, en pace fallace. Istane est tandem merces laborum meorum, Quos contra tuos hostes sustinui plurimos? Opibus meis, sanguine, vita, semper parata ad serviendum Unde nominis tui fama celebrata est in terras universas; Nominis tui eram decus, és corona tua ornatus. Pro beneficióne maleficium accipio mercedis loco? At ô leo rugiens & urse violentissime, Qui tot annis bella contra me gessisti cruenta, Et in pradam tradidisti tyrannis peregrinis, Ventos hareditatis nomine accipies, qui sic propria domum contriftas, Mercedem latrocinii & animi inconstantis &c.

现民民民民民民民民民民民

FLANDRICA.

ARCUS TRIUMPHALIS, QUEM FLANDRI INSULANI EREXERUNT,

Rex Hispaniæ, inscriptio, sub imagine
Caroli V. Cæsaris.

Quis te victorem dicat qui vinceris ipse, Invictus victo Casar ab hoste tuo? Si veniam victus petit hostis, protinus illi Parcis, & errati te meminisse piget.

Non te hostis, Casar, sed te clementia vincit, Et ratio, cum sis victor en ipse tut.

544

BELGICA.

Vincere laus ingens hostes, & parcere vidis Gloria, sed sese vincere major erit.

MONETÆ GANDAVENSIS.

ABUNOLATERE.

Anno xxc 1. Religione & Justitia reduce, vocato a Gallia pacata Duce Andegavensi, Belgicæ libertatis vindice.

IN ALTERO.

Ganda pro Christo, lege, grege & patria.

IN ADVENTO DUCIS ANDEG AVENSIS.

Abstulit ut regni Dominus moderamina Sauli Et reprobum sancti privavit numinis aura, Prafecitá, suo Regem Davida popello: Sic modó depulsis patria regnoá, tyrannis, Dux generose tuo voluit nos Marte tueri.

Sub Sole RADIOS SPARGENTE, ET SYMbolo Ducis, FOVET ET DISCUTIT.

Exoriens veluti obscuras sol discutit umbras, Arvag, nativo lata calore sovet: Nonsecus adventu dispergis nubila Princeps, Ac libertatis sperecreas populum.

Ad suggestum prope curiam. Venisti tandem, tua ý expectata tueri Ora datur?

Item.

Hunc tamen everso juven em succurrere seclo Ne prohibete, &c.

ÆNEÆ A MARIVORTA. Quis sim, quis olim, quis denique

Vivens

Vivens fuerim, requiris hospes optime: Sum pulvis, olim nobilis.

Dum fata vitam haud invident superstitem Belli, toga, domi, foris,

Heroas inter splendidos haud infimus,

SIS.

ato ex

IS VIA-

Et miles & dux agminis. At forte nomen & genus quasiveris

Et patriam de nomine;

Respondeo quod Cypridos quondam fuerita Gnato, Creŭsa conjugi;

Idemparentes indidere infantulo, Vocatus Æneas fui.

Gens Marivorta originem mihi dedit.
Antiquitate splendida.

Brugis in auras me mater primúm tulit. Herou inclyta és pia.

Quid sim, quid olim (vel potius nuper) fui, Scis hospes, at tu quis sies,

Tenebris situs nequeo quidem cognoscere; Sed tute te ipsum noveris.



LEID AE.

LIPSIA NI HORTI LEXIN IPSO ADITU, SUB PERSONA

BIFRONTIS JANI, B.F.

Quisquises, STA, LEGE, PARE.

JANUS ad hoc limen sic EDICO.

Horto & hero fruendi tibi jus esto:

Sed illo ad aspectum, isto ad sermonem.

Nisi oculis, quidquid heic satum aut natum,

ne LIBATO.

Tiro esto, manum apud te habeto. Si esfers ad tactum aut ad raptum: Verbo dicam, te esferto.

Mm

546

BELGICA.

- Ante sextam vespertinam ne adito:
 Post septimam ne maneto.
 Horæaliæ ad alias illi curas.
 Heic cogitat, heic pangit:
 STIL us heic est, abi musca.
 Quid si & cæna? abi musca.
- Jocari licet:
 Narrare licet:
 Rogare licet:
 Sed nihil ferium.
 Gratiarum hiclocus est.
- 4. Si quid amœnius tamen in studiis,
 Inter ambulandum
 Dissere, doce, disce.
 Et Musarum hic locus est.
- Tu qui feriosus,
 Tu qui rixosus,
 Exeste.
 Clusius ego sum vobis.
- 6. Canis, præter unam, emaneto. Hecuba, præter unam, emaneto. Habes? hoc etiam. Quoquó teagis, te video.

TARKAR TO TO THE PROPERTY OF THE PARTY OF TH

LEODII. IN TEMPLO D. JACOBI.

D. O. M.

Panieli Mauch, & Rosæ Stockerin conjugg. qui postquam hæretic. sactionib. aris sociss; paternis pulsi, in hac Eburonum urbe existi voluntarii sedem collocassent rri. mensium inter utriusq; obitum spatio interjecto, in æternam patriam migrarunt. Daniel silius unigenaparentibus opt. dulcissimiss; mærens P.

Visit Vixit Daniel ann 1 x 111. Rosa 1 v 11. In matrimonio una fuere ann x x x v 11. Obiit hæc prid. Id. Jul. ille x v 1. Kal. Decemb. ann. Christi m. D. x 1.

IBIDEM IN GUILIEL MITArum cænobio.

Hic jacet vir nobilis Dominus Joannes de Mandevile, Al.D. ad Barbam miles, Dominus de Campdi, natus de Anglia, Medicinæ Professor, devotissimus Orator, & bonorum largissimus pauperibus erogator, qui toto quasi orbe lustrato, Leodii diem vitæ suæ clausit extremum. An.Domini M. C. C. L. X. I. m. Novemb. die XVII.

INSCRIPTIO FONTIS AD ÆDES COMItis Mansfeldia Petri-Ernesti, extra urbem Lützenburgam, versus septentrionem.

Quisquis huc accedis, si te æstus sirisve urget, hic æstu quietus vitato, sitim pronus extinguito, aquam manu haurito, os lavato, at pede ne turbato, nudo corpore ne polluito, quiescentibus enim carissima uxoris manibus tranquillam undam sacravit: Mariæ de nomine Mariæ sontem nuncupavit: æterni sui amoris testes latentes vasta sub rupe lymphas erui, vivo lapide cingi, æternasque sluere justit P.E.C. M.

NATURE NOT NOT THE

GRONINGAEIN

FRISIA.

D. O. M.

L'Amberto Cantero Frisio Gruningensi, Jurisc. clariss. Philosopho & Oratori præstanti, Caroli Quincti Senatori, raro virtutis omnis exemplo, singulari patriæ ornamento, parenti merito longé cariss.

Mm ij

poft.

ffi, in

Ment,

ecto,

a pa·

Vixit

548

BELGICA.

Pietatis & memoriæ ergo Gulielmus F.M.
P.C.B. Ann.x 1. menf.111 Θ. An.ab0.
R. CIO IO LIII. VII.Kal. Sextil.

TO THE OLIVE AND LAF

COENOBIO NON PROCUL

AB HAGA COMITUM.

Ex Guicciardino.

Ilustris Domini Florentii, Comitis Hollandiæ silia, cujus mater suit Mathildis silia Henrici Ducis Brabantia,
fratrem quoq; habuit Gulielmum Alemaniæ regem: hac
præsata Domina Margareta, an. salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suæ an. quadragesimo
secundo, ipso die Parasceves, hora nona ante meridiem
peperit infantes vivos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor. qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem Suffraganeum, præsentibus nonnullis proceribus & magnatibus, in pelvi quadam baptismi sacramentum percepissent, & masculis soannes, semellis veró nomen Elisabeth impositum suissen
ipsorum omniŭ simul cum matris anima ad Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora autem sub hoc saxore
quiescunt.

NB.

Vera esse que hic narrantur, testes sunt omni exceptione majores Lud. Vives, Erasmus Roterodamus, & aliqui etium occasionem & causum rei sic geste hanc addint. Margarita hec mulierculam quandam, gemellos in unit gestantem, & stipem petentem, acerbé increpaverat, quil eam uno partu duos infantes producere potuisse negarit, nisi duorum quoq, virorum commercio usa esset. Mendia igitur precibus á Deo contendit, ut in signum imnocétisses Comitissa gravida tot pareret infantes, quot essentim and dies. Quod & factu est, ut in Epitaphio pramissonarraiu.

s F.M.

AE

UL

lia,cu-

antia,

m: hæc

ducen-

gelimo

ridiem

recen-

lem Eræfen-

i qua-

ilis Jo-

uiffet:

æter-

XOTC.

ceptioelii, qui dunt, n ulvis endies endies tie fus ratur. N E-

विष्यत्वर्थन विषय्वत्वर्थन विषय

ARNEMII IN GELDRIA.

JODOCI SASBOUTI.

SIste gradum: quod es, ipse fui, fortassis eris cras Quod sum cadaver putridum.

Olim Jodocus eram Sasbout: me misit in auras Delft clara pars Batavia.

Ter denis patriz causas decidimus annis, Pars consuli haud ingloria.

Deinde & pacatis Prases jus Casare Gueldris Dixi, jubente Carolo.

Quid tituli? quid opes? quid nunc prudentia prodest? Mors summa miscet insimis.

Sola manet virtus homini post funera, solam Dum vivis hancama: vale.

IN VICTORIAM NAVIM QUÆ totum orbem ambivit.

Prima ego velivolis ambivi cursibus orbem, Magellane novo te duce ducta freto. Ambivi, merito que vocor VICTORIA. sunt mI Vela ala; precium gloria; pugna mare.

Mm iij